25.

vel quatuor sociis fugiens, ad Montem Serenum sancti Petri pervenit, quorum equi horrendis vulneribus debilitati ~~[illegible]~~ signa certaminis ostendebant. Waltherus, tunc prepositus ibidem, alios equos eis procurans ipsum marchionem cappa claustrali[a] persone indutum, aliquanto vie spacio Liptzik tendentem prosecutus est, verum licet marchio Albertus hiis adversis nihil a sua magnanimitate[b] alteratus reparandi bellum firmum haberet propositum, non parum tamen imperatoris, de cuius erga se certus erat, ~~[illegible]~~ dehortabatur indignacio[a], cuius ministeriales speciali bello eum iam appetere disponebant, quia tunc necessarium credens, si id efficere posset, imperatoris primo graciam impetrare, ad partes transalpinas Italie, ubi tunc imperator constitutus erat, profectus est. Frater vero eius Theodericus ad terram sanctam peregrinatus est. Sed cum marchio Albertus ad imperatorem venisset, non solum recuperande gracie omnimodam habuit resistenciam et difficultatem, verum eciam vite sue periculum impendere cognovit. Quare suis omnibus apud imperatorem relictis, uno tantum comite sumpto, fuga quidem propter insidias imperatoris difficili usus ad propria reversus.

Recogitans itaque in animo suo, quod quoniam nulla est nisi ardua virtus, ipsi eciam imperatori si necesse esset, repugnare disposuit municiones et castra sua omnino non ~~curavit~~ destrui. Postquam Liptzik et Chamborch et Misnam studuit armis et victualibus contra imperatorem premunire. Certumque fuisset ~~provincie~~ orientali, Missnensi et Plissenensi eadem[b] permansuram procuratam fuisse, si non eum[a] vite terminus prevenisset[b]. Eodem itaque anno M^oC^oXCV Albertus marchio veneno, ut fertur, a quodam familiarium suorum Hugoldo nomine sumpto, egritudinem incurrit. De Friberge vero, ubi egrotare cepit, Missenam festinans cum nec equo nec curru propter morbi vehementiam vehi

Margin notes:

vlner.

a) claustrali c.

cz² c. T.

b) magnanimitate c.

~~Lücke~~

a) indigna^o c.

ffrater

†fCCLIX d

h

fo!

recogitans

curavit

patrie

missu ~~Missn~~ prie

b) cladam c.

b) t̃mis c.

a cum ~~[illegible]~~ c.;

Dor. manzer; cum.

enti

vehemencioinem